

12  
ORATIO 79.  
DE  
CIVITATE  
DORPATENSI:

Quæ,

Deo Duce atq; Auspice;

In Regiâ Academiâ G V S T A-  
V I A N A, quæ Dorpati est ad Em-  
beccam, 12. Jan. Anno 1637. publicè  
in Auditorio Majori habebatur

A  
JOHANNE CLAVDII RISING,  
Ostrogotho.

---

DORPATI, Typis Acad.  
Anno 1637.

Vitam, Incolumitatem & Feli- 80.  
citatem.

**M**agnæ Vrbes, bello magnæ fiunt solitudines! Vrbs Italæ bellicosissima Roma, mole ruitsuit! A Gotis post bello ablata Romanis omnis ferè Græcia, Italia & Hispania; à Bulgaris, Dacia atq; Misia; à Vandalis, tota Africa; à Francis, Germania & Gallia; à Saxonibus, Britannia; à Sclavis, Sarmatia, Dalmatia, Illyricum; à Saracenis, Egyptus, Arabia, Syria, Chaldaea; à Tartaris, Armenia, Hyrcania, Colchis, & quicquid ad mare Caspium & Hyrcanum spatii interjacet; à Tarcis, universa Minor Asia, Cappadocia, Pontus, Bitinia, & reliqua ad Persarum usque terminos provinciæ Asie; à Persis, quicquid in Indiam usque porrigitur.

Et ante bellicos motus, à murorum, turriu[m] atq; amplorum ædificiorum aspectu, & à laudatissimorum Civium fortitudine, Patria nostra DORPATVM, civitas magna æstimabatur. Religiosissimus Episcopus Hermannus Bremensis, Anno Christi 1204. eam condere ceperat; quā Moschus, paulò post invaserit. Repulit eundem Anno 1230. Magister ordinis, tūm dieti Ensiferi, Dn: Volquinus. Sed altera vice rediens Moschus, Anno 1265, hanc urbem planè destruxit, & igne incendit! unde cum deserta esset, & non habitaret in eâ homo, Magister ordinis, tūm dieti Teutonici, Wernerus à Breyhusen/ cum tunc temporis Episcopo Dorpatensi, statim eam è lateribus & saxis restauravit. Incolumia & salva Pax omnia conservavit, donec Moschus tertiam vice ascenderet ad bellandum in similitudinem aquilæ volantis cum impetu. Ingressus urbem hanc 18. Julij Anno 1558. & Media pars civitatis egressa in exilium; reliquum populi, salutem, vitam & incolumitatem, Victori trepidè cedidit; Ad prædam ille sc̄pius venit; & tandem 21. Octob. Anno 1571. omnis qui inibi inventus, sine discrimine sexus & ætatis, triduānā lanienā ab illo cepit interfici. Finis cadaverum & direptionis honorum non fuit! Quicquid sagittis & ferro non transfixum, in tristem captivitatem Sybirensem abductum! Sic deserta civitas Dorpatensis! quæ facta paci-

pacificione inter Moschum & Polonus, in clientelam Serenissimi Regis Poloniæ Sigismundi Batoris, 15. Janz Anno 1582. transivit. Gliscenibus inde bellicis motib⁹ inter inclytas gentes, Svecicam & Polonicam, à Serenissimo Carolo IX. Svecorum olim Rege glorioſiſſimo, obſidebatur, & Anno 1600. circa festum Nativitatis Christi expugnabatur. Quæ tamen urbs 3. Aprilis Anno 1603. à Polonis iterum occupata: inde Christi Ecclesia, uti preſſa! Donec 26. Auguſti Anno 1625. in Serenissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Dn. GVSTAVI ADOLPHI, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regis, Magni Principis Finlandie; Ducis Eſthoniæ & Careliae; Domini Ingricæ &c. Domini & Regis quoniam nostri Clementiſſimi, nunc Beariſſimi, fidem & clientelam perveniret, & diu deſiderata recipere halcyonia. Vrbis, quæ hodie extant, reliquiae, tam ſunt immeſae, ut ab extremis orbis partibus, plurimos ad ſe viſendas allicit, qui dūm eā contemplantur, rerum magnitudineā obſtupescunt, ut ab illarum contemplatione vel inviti diſcedant.

Eſt Pictate, Doctrinæ & Humanitate Ornatiſſimus Dn. JOHANNES CLAVDII RISINGS, Ostrogotus, qui hanc rem pię meditari, & doct̄ oratione conſcribere cepit, quam cras horū 9. mat: publicē in Majori Auditorio pro concione eloquetur.

Perillustrem & Generoſiſſimum Dominum, Dn. BENEDICTUM OCHSENSTIERNA, L. Baronem in Erebiholm & Söderbo / S. Reg. Maj. Sveciæ Archistarularium, & per Livoniā atq; Ingriā Generalem Gubernatorem &c. Dominum noſtrum Gratioſiſſimum:

Admodū Rev. Nobiliss: Consultiss: Experientiss: Clariss: & Excellentiss: Dn. Professores, Collegas, Fautores &c Amicos noſtrōs unicē devenerandos: Nobiliſſimos inſimul & Humaniss: Dn. Studiosos, respectiſtē, humiliter, reverenter & amicē invitatos & rogatos volum⁹, ut dicto tempore adelle haud dedignentur. Intelligent [proh] quod quæ Vrbs ante bellum fuit quaſi hortus, voluptratis, jam post Martis motus, ferē ſit ut ſolitudo deserti! cujus tamen magnificentia jam non adi- um adhuc ruinosā ſtructurā; ſed Christi in Regiā Academiā GVSTA- VIANĀ & Sanctis Templicis publica Profefſione, atq; ſyncera Evangelii prædicatione metienda. Perscriptum Dorpati II. Januarii Anno 1637.

V. J. G.

humiliter,

V. R. D. & C. obſeruantur,

V. H. & P. amicē colens

LAURENTIUS LUDENIUS J. V. D. Prof.  
Ord. & prot. R.

ORATIO  
DE  
CIVITATE DORPATENSI.

**E**rrillustris & Generosissime Domino, Dn. BE-  
NEDICTE OCHSENSTIERNA,  
L. Baro in Ekebyholm & Söderbo / S. Reg.  
Maj. Archistarularie, & per Livoniam atq;  
Ingram Generalis Gubernator &c. Domine  
Gratiosissime:

Magnifice Dn. RECTOR, Viri admodum Rey. Nobil-  
iss. Consuliss. Experientiss. & Clarissimi; Tuq; Studioorum:  
Corona Nobilissima:

Locum habitationis sue ignorare, turpe atq; infame; Cogni- Prop. Exer-  
cum autem ac perspectum habere, non minus laudabile quam bone-  
stum. At at! dum in cognitionem locorum nostra commoratio-  
nis in his terris inquirimus, fata nostrarum nationum ac civita-  
tum, in quibus degimus, deprehendimus! Atq; mirari incipimus  
rerum humanarum statum admodum fluxum ac inconstantem!

Hoc ipsum, dolendo Exemplo declarat urbs quondam Regia 1. Ratio;  
splendidissima Troia; Rebus omnibus abundanti copia affluens;  
Quæ, quam sit ruinâ tristi à Gracis vastata, nemini est obscu-  
rum; Cum etiam in proverbium iyerit:

Ecce locus ubi Troia fuit!

Et quod manu palpatur: Propria ac electa Deo civitas, Hie-  
rusalem, ipsius etiam Dei habitaculum, tam copiosa ac dives reru-  
s, ut auro & argento lapidum numerum coequaret, cupri & ferri  
multitudine innumerâ superabundaret, edificiorum elegantia ac  
digni-

Signitate omnium prima; Imò in quâ gloria Dei habitare dignata, ac ab hominibus ad oculum gratiore est visa; Hac (inquam) civitas omnium suprema, Nunc mundanarum rerum vicissitudinem infelicissimo suo casu depraedat; Dum à Romanis miserabile diruta, habitaculo serpentum ac Draconum cessit.

3. Samaria, Regum Iſraēl sede illustris, opibus ac Potentia, amplitudine ac præsidio nulli secunda: Per dictam rerum inconscientiam, floridum suum statum cum interitu commutavit.

4. Caribago urbs quondam posentissima, ut hoc elogio à Salustio insignitur, qui ait; satius est silere, quam de ea pauca dicere; Terra namq; Asia cultiore potiebatur; eò miseria est delapsa, ne suo Domino destituta, in solidum à Romanis sic desolata.

Concl. Ex-  
ordii. Sed quorsum hac vergit oratio? Quorsum? Nempe dum sub  
meneo revoco, laudabilem hanc nostræ mansiōnū Civitatem  
**DOPATENSEM**, et subiisse mutaciones, et tam vari-  
rias fui status facies induisse;

Proposit. Non possum, quin pro jure hospitii aliqua ratione declarero  
me de tantis casibus unicè dolere.

Petitio. Quod dum facio, adhuc, ò Auditeores incliti, candore se-  
lico, atq; quod cœdium forte ex oratione, ingenio ac arte non satis  
ex cultâ, vobis obeariri potest, materia hujus tristi novitate ex-  
cutice.

Translatio. Et quoniam hic est exorsus oracionis mea à tristigemiu, vi-  
de te quem vobis animum suscipiendum pueris.

Narr. Ab-  
sec. **DOPATVM**, olim Civitas florentissima fuit: Rela-  
gione in primordio per laudatissimos Dn. Episcopos gubernabat-  
ur. Pietatem in urbe hac viguisse, argumento sunt, et tantaq;  
in ea sumptuosissimis impensis exstructa monasteria egregia ac  
Templa; Quorum alcā quondam magnificentiam, adhuc hodie  
romanceria rudera ostentant. Legibus fuerat aequissima; Habe-  
bat Consules ac Senatores homines Doctissimos, Iurisq; consultissi-  
mos, qui integritate ac constans iudicis, aq; omnia administra-  
bant.

82.

bant. Structurâ Edificiorum fuerat Pulcherrima, Munitio-  
bus ac mæniis probè cincta. Rerum omnium, qua ad rictum &  
amicum pertinent, abundantissimè affluens; Unde Cives certè  
homines ditissimos fuisse colligitur; Proditum est, fuisse hie cives,  
qui vel in solâ propriâ facultate, 80000. Joachimicis pollo-  
rente.

Sed bellicis motibus, qui (prob. dolor) hoc & olim exulcerato  
seculo ubiq. terrarum nimis horribiliter grassantur, scipio ita  
fuit conquassata, ut penè facerit deturbata. Ah! ante numero-  
sam dierum revolutionem, circiter Annum Christi 1265. à Mu-  
schovicis funditus est verso, quippe quæ munimenta adhuc minus  
valida! Qui cum arcem iam tum munitionem oppugnantes expu-  
gnare non posse, adveniunt VVernerii Breythausen / Magistri  
ordinis Teutonici in Livoniâ, deterriti, incendio & flammæ  
civitatem commitentes, recesserunt. Postea statim ab eodem  
Magistro unâ cum Dorpatensi Episcopo, è saxis & laseribus supra  
dignitatem pristinam magnifice est restaurata. Post effluxo tem-  
pore, Anno scilicet salutis 1558. hac urbs è Muschovitis rur-  
sus capitur, qui in morem bestiarum thesauros ac facultates ve-  
nantes, Præstantissimorum edificiorum muros perfodiunt. Tem-  
pla in vadune ac monasteria, monumenta defunctorum aperiunt,  
ut ingluviem, quâ thesauris inhiabante, adimplerent. In senes  
rum & quæ ac juvñes inhumanissimè est servitum! Virgines amictu  
reciose, auroq. ac gemmis fulgentes, ornata donudata, loris ad  
circum usq. sunt flagellatae. Episcopus nomine Hermannus à  
Wesell cum Opesmatibus ac plebis in Muscoviam transvectus,  
miserabile Muschovicis crudelitatis exemplū, unâ cum omnibz  
è Livoniâ totâ captiuis abductis, est constitutus. Qui vero ab hac  
miseriâ superfuerunt primores ac Nobiles, in carcere tam an-  
guissum sunt detrusi, ut alter alterum ad nocem coangustaret, ubi  
etiam fame perire post miserrimas afflictiones sunt coacti. Por-  
ro transfecto tempore, ob suspicionem proditionis, relitti: Dorpa-

Narr. med.

et niss.

tenses, omnes has predictas afflictiones à Moschovitis sustinere  
necesso habuerunt. Tum temporis qua facies, qua afflictio, quaq;  
calamitas huic urbi fuerit, cogitate!

Conse.  
Narr.  
  
Digre.

Doniq; à Poloniis & nostris alernatim est occupata, donec  
sub ditionem Sereniss: quondam Regis, nunc Beatiss: Dn:  
**GVSTAVI ADOLPHI** Anno 1625. felici omne deveni-  
ret. Hic Rex Clementiss: non tantum privilegiis & immunita-  
tibus eam Regalibus donare; Verum etiam à Corrupto Papista-  
ca Religionis cultu clementissime vindicare, atq; clarissimā verbi  
Divini luce irradiare voluit. Et id quidem reipsa comprobavit  
dum ipsius R. Maj. hīc Academiam fundare Regiam Sanctissi-  
mum vi sum fuit, eamq; Regio sumptu Magnificissime ornare,  
quo tam Excellentissimi Dn Professores, quā Studiosa juventū  
vivant ac sustententur opimè. Quod sane Heroicum factum (ut  
cetera modo raceam) nullius unquam ingenii viribus, aut dicen-  
di flumine sacris dignè prædicari potest. Namq; per Dei Opt. Max.  
gratiā, beneficium maximū. Talib; pro tempore hēc nostra Academia  
potitur viris Excell. Dn. Professoribus, ut dubium sit an multis  
in locis terra pares habeat, qui summo studio, summāq; laude, in  
Facultatibus & Disciplinis omnibus, juventucem studiosam hīc  
informant; Unde cum per Dei Clementissimi misericordia, tran-  
quillitate jam nostra Academia fortita sit, talia studiorū incæpto-  
rum incrementa speramus, ut etiam ab æternis orbis Europæi  
viris, studiorum gratiā ad ipsam homines confluant. Atq; hoe  
tantum Regale beneficium, quis sinquam satis dignis verbis, non  
dicam exornare, sed enarrare potest?

Translatio.  
& Propositi.

Sed ut ad id, unde digressus sum revertar, urbis Dorpatensis  
fata eloquar plenius.

Sic nominis cognitio in augustam rei notitiam nos solet dedu-  
cere: Qualicet hic sit obscurior; tamen ut potero eloquar.  
Episcopatus Dorpatensis olim dictus fuit Odenpe.  
Inquis enim Dn. Baltasar Russowius in Chronieis Pag. 1.  
In

Confirm:  
ejus arg. 1.  
à Nominis.  
1. Nomen.  
Ratio.

In Odenpe eddet Stift Dorpte / liegt die Stadt vnd hat  
Schlot Dorpte / quasi diceret, in Odenpe, aut Episcopatu  
Dorpatesi, jacee urbs & Arx Dorpatensis.

Dicta post hac civitas est Juriomgorodh / quasi dicas, 2. Nomen  
Georgii Arx & civitas.

Etenim ubi ab Episcopo Hermanno hac urbs fuit fundata  
atq. exstructa, paucis post lapsis annis, Moschus eam hostili ma-  
nu invasit atq. occupavit, & hoc nomine urbem nominari voluit.

Ratio.

Nomen hoc post mutantum est, & dicta hac civitas Vggenus. 3.

Etenim Magister ordinis (ut cum nomen erat) Ensseri, Dn.  
Volquinus, non tulit hanc urbem in Moschi potestatem permane-  
re, sed Anno Christi 1230. viriliter Moschum vicit, & igni atq.  
ferro ex urbe hac expulit; quam in cineribus jacentem Episcopus  
Hermannus von Vggenus redificare eum cepisset, in tanta rei  
memoriam a restauratore dicta hac urbs est Vggenus.

Ratio.

Sed mox factum est, ut civitas hac diceretur Dorpatum.

4.

Etenim prædictus Episcopus Hermannus von Vggenus / Ratio.  
cum priorem suam beneficentiam, nove Magnificentia accessione  
superasset, & numero ferè infinitis pagis urbem & Episcopatum  
hunc distasset; inde nomen mutantum, & a pagorum accessione, qui  
Germanice Dörper vocantur, Dorpatum dici cepit.

Iea enim in chronicis scribit prædictus Dn. Russius p. 6. Bis  
schop Hermen von Vggenus / hefft den dohm tho Dörpte  
by de Embecke gefunderet / vnde sien Broder Othomar  
darhenthom Prawste vorordenet / vnde velse Dörper da's  
tho vorlenet vnde gegeven / do hefft dat Stiffee Vggenus  
Den nahmen verlaren / vnd iß dat Stiffee Dörpte genömes  
worden / ac si diceret, Episcopus Hermannus von Vggenus /  
Templum cathedralē Dorpati ad Embeccam fundavit, & fratrem  
suum Othomarum ibi Präpositum constituit, & muleis pagis Epi-  
scopatum dicavit; Vnde factum, ut Episcatus Vggenensis nomen  
receptum amitteret, & a pagis (Dörperen) Episcopatus Dor-  
patensis vocaretur.

B

Pra-

ratio  
tioni.

2. Argu. 2 Praeclara auspicia! quæ ut rectius intelligatis, cognoscite quod  
sit. DORPATVM est Livonia Civitas, in Ducatu Esthonice  
sita, & quasi delitie totius Livonia habetur; quæ ab Orcu  
Rusiæ terminatur. Versus meridiem Lituania & Borussia est  
contermina. Ad occidentem mari alluitur: versus aquilonem  
respicit Finlandiam. Singularis autem illa provincia, in qua  
DORPATV M est fundata, dicitur Odense, quæ cum medi-  
tullum totius terra Litonica teneat, valde etiam est frumento ac  
melle opima, alias res virtuales, præ ceteris abunde reponit.

3. Proposi- Cum præterea plurimi: e Germania, aliisque nationibus in  
Muschoriam, Lithuania, aut quascunq; alias nationes con-  
dentes, hanc civitatem pertransirent, atque sua mercimonia exer-  
ceant, hinc ei non exigua gloria fama accedit.

3. Proposi- Solent Civitatum externe forme ea quam commendatissime  
esse, que aut sunt rotunda, aut quam proxime ad rotunditatem  
accedunt: Tum præterea, quod circularis figura omnium de-  
monstratur capacissima ac perfectissima; Tum etiam, quod ea  
Civitatis mænib; sit accommodatissima. Nam cum in hac figu-  
ra pars aliqua diruitur & deturbatur, residua sibi constante: In  
reliquis vero figuris, unâ parte diruita, mox de cœteris actuum est.  
Hujus autem Civitatis figura cum sit fore circularis, & in modū  
cordis humani conspiciatur, yel eo etiam nomine non minus depra-  
dicanda venie.

4. Proposi- Habebat olim DORPATV M exitus ac portas plures: Iam  
verò duas tantum habet, quarum una orientem respicit, quâ è  
foro extra urbem itur, diciturq; lingua Esthonica. Carri porth  
quasi Porta pecudū, eo quod pleraq; pecora per eam pasum agantur.  
Propè hanc est vallum, ex cespite firmiter confectum, ac probè  
munitum. Altera, ad occidentem ab Acropoli decurrit: & nomi-  
natur Domishorth juxta quam ab ultraq; parte conspiciuntur  
turres firmissima in munitionem Civitatis fastigiatæ ac erectæ.

5. Proposi- Perro quancā curā, hoc urbs vallis, fossis aliusq; munitiōnib;  
olim fieri cincta, adhuc hodie constat. Namia  
enim habet fortissimis turrib; muroq; pariter  
alto ex crasto firma ta, atq; insuper duob;

super duobus vallis, in signiter constructis munita.  
Si conditorem hujus urbis spectem, deprehenditur multis retro i. Argu-  
seculis scilicet Annis Christianae erae 1204 ab inclito Episcopo, Dn.  
Hermannu à Bremen initia cepisse, qui primus hic Episcopatum  
instituit, Arcamq; pariter & Acropolim condidit. Vnde antiqui-  
tate reliquis Livoniae Civitatibus cedere non videtur. Postea ve-  
rò sub ceteris succendentibus Dn. Episcopis, per homines Christia-  
nos huc è Germaniâ confluentes, quotidie incrementa cepit, donec  
in perfectam urbium formam ex crescere.

Edificiorum structura olim fuit splendidissima; Magnifica-  
tissimas hic fuisse aedes, adhuc restantur, cum verissima hominum,  
qui iam tum vixerunt, relationes; Tum etiam quæ à belli furo-  
re supersunt ruderata, clarissime evincunt. Maximorum insimul  
adificiorum sublimia fastigia ac parites, id ipsum etiam arguunt.  
Porta ac Janua, ab incendio superstites, opere scrinario vermis-  
culato elegantè exornata; Fenestrarum locus, adhuc lapidibus  
pulchre excisis conspicuus, magnificantiam ac decorum structura  
confirmat. Ad huc proditum est, Civitatem hanc splendidissimo  
suburbio fuisse ornaram, in quo Templa ac Monasteria fuerunt  
eximia, propè domicilia egregia; idq; arguunt, lapidea platea ul-  
tra Embecam exerà Civitatem porrecta. Hac omnia cum iam  
sua integritate fruerentur, qui vis cogitare potest, quantam aspe-  
ctus jucunditatem advenientibus afferrent! Sed (proh) Mayor-  
is belli iniquitas, quid pulchrum, quod non dedecore confuscat?

Olim etiam Tempis sepiem Magnifico apparatu ornatisimis,  
affulgebat, atq; adhuc in Acropoli cernitur Templum cathedralē,  
quod tanto ornato olim erat conspicuum, ut magnitudine, fasti-  
gio curribusq; aleissimis tam superbū Livonia tota non inveni-  
ret, sed hoc tam præstans ac fulgidum Templum, unā cum ceteris  
omnibus, præter duo, effunditum. Ad septentrionem fuerat mona-

Sterium, domiciliorum numero & splendorē à nullo ferè se-  
cundum, sed penitus ferè, una cum egregio ipsi destinato tem-  
plo,

3. secundum  
penitus fere una cum egregio ipsi destinato Templo, est eversum.  
Ad meridiem fuit Arx quondam munitissima, in colle posita,  
ad quam occupandam vel exercitus Regius non sufficeret. In hac  
residebant incliti Dorpatenses Episcopi: Hac autem tempestate  
per illustriam Dominorum locis Livoniae Generalium Gubernato-  
rum habitacioni cessit.

Ratio.  
Collegium præcerea Dorpatum olim habuit illustre, in quo iu-  
vencus in bonis Liberalibus disciplinis honestè informabatur, ac  
in pietatis cultusq; Divini exercitiis instituebatur; Vnde decentes  
prorumpabant homines ad Rempub. Dorpatensem, in suis paro-  
bus, etiam Ecclesiasticis, quam politicis administrandam.

Ad hec habet DORPATVM propugnacula firmissima:  
quippe urbs hæc, Arce prævalidâ, turribus fortissimis, mænibus ac-  
vallis munitissimis est instructa; quorum novissimum vallum,  
propè arcem est, quod superiore Anno in rumore ac tumultu bellico,  
Nobiliss. ac Clarijs. vir. Dn. Georgius Stiernhelm / non mi-  
nus miranda celeritate quam industria perfecit; ita, ut qui aliquid  
de fortalitie judicare possunt, concedant facile, ad munimentum  
hostiumq; propulsionem esse accommodatissimum.

Arg. ab  
ele-  
gia.  
Postea Aer hic est tam salubris ut ullibi locorum; Non enim  
hyems (quamvis rigida) nimia vehementia frigoris est austera;  
neq; etiam Aëstas intolerabili ardore astuat; Sed uerumq; tempus  
mirâ qualitatum repressione est temperatum, ita ut homines salu-  
bitate ac clementia Celi perfruantur optabili.

Arg. 2  
bodi-  
Solum hinc tam frugum feraç est, ut sponte sua abh[ic] stercoratio-  
ne, continuaq; sulcatione, aliisq; arduis laboribus, quos alibi ter-  
ratum adhibere coguntur, si modo velint aliquem agrorum fructum  
reportare, sponte (inquam) hoc solam rependit fructum, ac tam  
large quidem, ut non tantum frumentū, verum etiam mel, linū, cannabis,  
lupulus, in maximâ copiâ hinc in maritimas Civitates deferantur.

Arg.  
Præterlabitur nostram Civitatem Amnis piscoissimus, genus  
omne

I. fluviorum

omne delicatorum piscium continens Embrecca. Hic omni tempore ex terra Civitatem pisces a' pescatoriibz capi, mira cum delectatione cernes. Puras ac salubres hic annis erabit aquas; cursu non item rapidus, aequabili profunditate dimensus, unde navigationi est accommodatior: inq lacum, in tota Livonia insignē Peibez influit; per quem circes mercimonia olim cum Russis, Lithuaniae, aliusq nationibus exercuerunt frequentiue; Nunc autem viciniores Russi ac Esthones navigiis huc apportant, Piscos tamen recentes virios, quām etiam omnis generis exsiccatis, viliq pretio venum exponunt: Pelles item preciosas: Picem, & eoria Russica, & id genus aliarum rerū, quas circes in privatum & familiarem usum coēmunt.

In hac Dorpatensi provinciā est lacus, nomine Vorherff omnium generum piscibus abundans, è quo, sicut ex ingenti Lacu Peibez, recentes pisces copiosè afferuntur: & hyemali quidem tempore nulla præterit dies, in qua terna, quaterna aut plura plausta piscibus onerata huc in foro non conficiantur. Vnde cibariorum & annona viles Dorpae est commodissima.

Fonibus saluberrimis est etiam hæc urbs irrigua; Quorum præcipuus est, qui dicitur fons D. Iacobi, ad Aquilonem juxta mania validè erumpens; ex eius aquis duo inferioris piscinae sunt constitutæ, in quibus astivo tempore, Sole raditè affulgente, magnum optimorum piscium numerum cornere poteris. Mox proprieas piscinas ad orsensem, eadem ferè abundantia cornes aliquæ ebullire fontem, qui per rivulum in Embreccam illabitur. Intrapomeria vero urbis, plurimi sunt fontes, itaq aquarum salubritate non minus insignes.

Est autem tempore postissimum veris ac Aestatis hujus loci VII. Argentaria amoenitas, ut vel lapis sit quem sui jucunditate non capiat, ab amoenitate aspectu non moveat, lætitiaq non afficiat. Prope mania conspiciuntur horæ amoenissimi, rosarum ac herbarum variegare ornati, lupuloq circumcirca vestiti. Si vero latius in quamcumq Cœli plazam.

plagam circumplexeris, prospicetus longinquus mira obiectacione  
parabit; Terni enim non cernetur circumquaque, que non aut fra-  
gibus sic ornata, aut floribus vario colore distinctis decorata;  
Vnde amica rerum consensione, temperamentum oblectationis effi-  
ci, ac spectanticum oculis inferri videtur. Tanta est camporum  
pulchritudo ac pratorum amoenitas! Utterius insybras si quis e-  
grediatur, conspiciet omnis generis arbores frondiferas, singulari-  
pulchritudine amictas, lupulumq[ue] lylvestrem copiosè appenden-  
tem: Gramina in tantam quantitatem erecta, ut procumbentem  
maximè reges possint. Hinc terra feris animalibus, pecoribus  
ac avibus tota est resertissima.

VIII. Arg.  
a Civibus. Verum hoc satis sit de Civitatis hujus corpore dixisse, adipiscam  
ipsius animam accedam, atq[ue] cives eorum q[ue] vitam & mores con-  
templando proponam. Fuerunt namq[ue] hic olim cives, ut & adhuc  
hodie, opumi atq[ue] liberrimi, iure & legibus aquissimi, honestis  
negociationibus addicti. Vol enim ex agricultura & terra pro-  
ventu, vel mechanicarum artium opificis honeste vixerunt, atq[ue]  
vivunt. Opib[us] etiam ac potencia fuerant & sunt splendidis, erga al-  
lios benigni, erga adversas maximè prompti & benevoli.

IX. Arg.  
a Forma  
Reip. Quid ad statum politicum attinet. Quandam hac nostra cirri-  
tas magistratum agnoverit suum Episcopum. Hoc tempore vero  
Cives Dorpatenses subsunt S. R. Majestati Regnoq[ue] Svecia: &  
nostra Serenissima Regina in immunitatibus suis integre conservan-  
t, causasq[ue] graviores ad judicium S. R. Majestatis remittunt,  
interim tamen in privatibus suis causis proprio suo civico gaudent Se-  
nat, cumq[ue] loco Magistrorum agnoscunt, qui ipse honorandus Sena-  
tor, jus & justiciam cum summa equitate administrat.

X. Arg. ab  
Ecclesia. Olim antequam viris hac moenibus circincta existisset,  
genuerunt hunc locum Ethnici, ut & Russi, quos è sua Arce,  
1. Prop. quam jam cum hie nennere nomine Yuriowgorodz/ expulerunt  
Christiani, eamq[ue] funditus sunt demoliti.

Postea vero cum iam Christiani homines, perfecta omni Civili-

tas

2. Prop.

garis structurâ aliquantulo tempore hîc vixissent, accessit Moschowia  
vita; Civitatem occupavir, ejettis, cæsis, atq; in Moschoviam  
gradus Christianis, ubi eos omni suppicio affectos necavit.

Denum ex singulari Deiclementia est factum, ut jam à Chri- 3. Prop.  
stianis hominib; incolatur ac gubernetur, qui verum Deum agno-  
scunt, eumq; religiosè colunt, ac omni opera gloriae ejus studente.

Inter cetera vero, quo nomine Dorpatum mibi maxime com- XI. Arg.  
mendandum venit, est, quod à felicitate fuerit inventum, ut inibi ab Academ-  
Serenissimus REX GVSTAVVS ADOLPHVS, nunc Bea-  
tissimus, Academiam Clementissime vellet instituere, idque  
per Illustrum ac Generosum Dominum, Dn. IOHANNEM  
SKYTTÆ, L. Baronem de Duderoff &c. Musarum fau-  
corem inclytum; Quæ viris jam, Excellentiss. Dn. Professorib;  
decorata, studiis est florentissima; Piscatis ac Religionis studiofissi-  
ma, in qua quotidie conferuntur digni honores iis, qui laudabiles  
fecerunt studiorum progressus; unde per Dei gratiam, cum jam  
quotidie studiosi homines, studiorum graciâ huc confluant, spes-  
m futurum, ut summam laudis famam apud omnes bonos se con-  
sequentur.

Non etiam minorem laudem huic conciliat urbi, quod hic S.  
R. Majestatis Clementissime visum fuerit, judicium Aulicum in  
Livoniâ supremum erigere, eiq; viros Generosissimos Consultissi-  
mosq; præficeret, quodjam de summis ac gravissimis causis, homines  
undique confluunt, atq; hic eis aquisimè deciduntur.

Deniq; cum multa sint olim à Dorpatensibus gestæ, quæ laude XII. Arg.  
digna sunt, eorum omnium vel hoc præcipue memorabo; quod à rebus ge-  
pro Christiana Religione ac veritatis Cœlestis confessione, extre-  
ma pars non subterfugerint; Imo vero sanguinem, dominum, o-  
mnemq; substantiam interponere non renuerint. Quod certe omni-  
um gestorum est laude dignissimum; Hoc enim ipso in S. Mar-  
zylrum album videntur referendi.

Audiens, Auditores, Dorpatum laudem Livonia argetiam peroratio-  
Estbonia

1. Repeti- **E**cclonia afferre, in piis viisimo & propè amoenissimo loco esse situm.  
tio. Antiquitate esse vetustissimum, Magnificentia ac opibus fuisse  
splendidissimum: Manibus & fortalitus munitissimum, Reli-  
gione Sanctissimum, iure equissimum, immunitatibus liber-  
rium, atq; studiis artium ac perieratis florentissimum.

2. Ampli- **N**eq; quis me immerito de hac Civitate dixisse autem abit, cum  
ficatio. nos solum Nativitatis nostra, cum terra habitacionis, eodem  
loco habere debeamus. Quis vero ei, qui sua patria amore il-  
lectus, de ea quidquam in medium profert, iure succensere potest?  
Me autem, ut par est, de Dorpati nostra commemorationis hospitio,  
paucis, eaq; ingenio minus perfecta, aut industria elaborata, di-  
censem quis tandem reprehenderet?

3. Affect. **I**am ad vos, Civis incliti Dorpatenses, me converto, &  
Motio. quamvis homini nihil magis sit optandum, quam prospera, aqua-  
bilis, perpetuaq; fortuna, secundo vita sine ulla offensione cursu;  
Tamen si vobis tranquilla & pacata omnia fuissent, incredibili  
ista, qua nunc immortalis ac penè Divino beneficio Gloriosiss.  
**R**egis **G**VSTAVI **A**VOLPHI fruimini leticiâ vo-  
lupitateq; caruifecis. Agnoscete, ô Civis optimi, vestra commoda  
ac felicitatem, quan non modo in pristinam pacis tranquillitatem  
estis restituti: Sederiam supra antiquam dignitatem elevari,  
DEoq; qui tanta beneficia Clemencissime per Magistratum bo-  
num vobis tribuit, accepta referas.

D I X I.

Eruditione & morum beneplatte Politissimo,  
**D**no **JOHANNI CLAUDIO RISINGI** OstroGotbo, doctam & disertam  
Orationem de Cibitate Dorpatensi publici juri facienti, amico &  
contubernali suo exoptatissimo.

**S**Alz beatiss largitèr accolas  
Ambecca puris emulus est aquis;  
Vterq; cursores sagaces  
Mellifluo satiat liquore.  
Hos inter omnes dulce **RISINGIUS**  
Nectar bibt jam cognitor artium;  
Amator oris svavipris  
Barbaria sed in certis oler.

Vin' quo prohstur? testis adest modò  
Urbs inculentis picta coloribus  
Orationis Derpta; claris  
Derpta suis adamata Nymphis.  
Sic, Mi **RISINGI**, sic decet! insuper  
Berge, ut facis: Sic tempora laurea  
Insignientur, Sic; canos  
Deliciola rigabit unda.  
**ERICUS LITORVIS** R. Sept. 3.